

## LIBER

res, Namq; cum fundendo plumbum flatur, uapor ex eo insidens corporis artus, & indies exurens, eripit ex membris eorum sanguinis uirtutes, Ita q; minime fistulis plumbeis aqua duci uidetur, si uolumus eam habere salubrem, Sapore quoq; meliorem ex tubulis esse quotidianus potest indicare uictus, q; omnes extructas cum habeant uasorum argenteorum mensas, tamen ppter saporis integritatem fictilibus utuntur, Sin autem fontes non sunt unde ductiões aquarum faciamus, necesse est puteos fodere, In puteorum autem fossionibus non est contemnenda ratio, sed acuminibus solertiaq; magna naturales rerum ratios consideranda, q; hēt multa uariaq; terra in se genera, Est enim uti reliquæ res ex quatuor principiis cōposita, & primum est ipsa terrena, habetq; ex humore aquæ fontes. Item calores, unde etiam sulphur, alumen, bitumen nascitur, aerisq; spiritus immanes, qui cum graues per interuenia fistulosa terræ perueniunt ad fossionem puteorum, & ibi homines offendūt fodientes, naturali uapore obturant in eorum naribus spiritus animales, ita qui non celerius inde effugiunt, ibi interimuntur. Hoc autem quibus rationibus caueatur, sic erit faciundum, Lucerna accensa demittatur, quæ si permanserit ardens sine periculo descendetur, Sin autem eripietur lumen uaporis, tūc secundum puteū dextra ac sinistra defodiētur aestuaria, ita (quemadmodū per nares) spiritus ex aestuariis dissipabuntur. Cum hæc sic explicata fuerint, & ad aquam erit peruentum, tunc puteus ita sepiatur structura, ne obturentur uenæ, Sin autem loca dura